

Eilhard Lubin

**Programma In funere ... foeminae, Elisabethae Fresen Dni. Nicolai Hermanni  
Senatoris Reipubl. Rostochiensis ... relictæ viduæ**

Rostochi[i]: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751403628>

Druck Freier  Zugang



Lubinus, E.,  
in E. Frese,  
uxor. N. Hermann.  
Rostock. 1615.

16







# Programma

*In funere laudatissima & honestissima  
fœmina,*

## ELISABETHÆ FRESEN

Dni. NICOLAI HERMANNI Senatoris Reipubl.  
Rostochiensis quondam præclarè meriti,  
relictæ viduæ,

*Publicè adfixum 8. Septembris,*  
*Anno 1615.*

RECTORE

EILHARDO LUBINO.



ROSTOCHI

*Typis exscriptis* JOACHIMUS PEDANUS.

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
EILHARDUS  
LUBINUS

S. Theologiæ Doctor & Professor.



*les nunc est tertius, quod  
supremum honoris ac pietatis  
officium exhibuimus in  
relictis teneri corpusculi  
exuvijs ad sepulturam de-  
ducendis, puero nondum  
sesquienni: Idem hodierno  
die, volente Deo, ultimi honoris & pietatis offi-  
cium prestabimus matronæ exacta ætate, vi-  
annorumq; saturâ. quæ ultimâ hac mundi  
senectâ plenum humanæ vitæ terminum  
attigit, & ad annum ætatis suæ climacteri-  
cum magnum, septuagesimum septimum  
vivendo pervenit. Nimirum quotidiana  
experientia, & omnis dies & hora nobis cōcio-  
natur.*

natur de incertitudine & fragilitate vi-  
ta mortalium, & quod alij quidem serius, alij  
citius vita sua terminū contingant, sed omnes  
tamen tandem ad eandem metam perveniant;  
quodq; messorum illi omnium vite atatum, &  
omnium mundi seculorum tempus & mors, a-  
lios quidem veluti tenerrimas plantas vix pri-  
mulum natas, alios verò veluti mature atatis  
annosas arbores, qua fructus tulerint uberri-  
mos, & suo loco speciei sua arborum plantaria  
speciosa & numerosa reliquerint, demetant &  
è medio tollant. Qua consideratio mundano-  
rum & mortalium omnium docere nos debet,  
nihil hic esse stabile, firmum, & diuturnum:  
sed inter hac caduca & misera nobis suspiran-  
dum esse, & eò adspirandum, ubi neq; mors neq;  
luctus est, sed omnia felicia & aterna, latiora  
etiam, quàm ulla humana mens in hâc vitâ  
animo concipere & aestimare possit. Nimirum  
huc Christianis nobis omnibus, sive serius, sive  
citius, nihil refert, semel transeundem est.  
Cumq; illud, quod benè ac beatè fit, quò citiùs  
hoc meliùs fieri judicari soleat, non absurde  
illi feliciores, & Deo cariores censerentur,



qui hujus calamitosa ac misera mortalium vita  
peregrinationem citius absoluerint, & ad me-  
tam eius maturius pervenerint. Cum tamen  
Deus humanum genus in mundo propagari ve-  
lit, illudque nonnisi per adultiores propagari  
possit; Imò verò cum Deus p̄ys verbi sui cul-  
toribus & custodibus etiam in hisce terris vita  
felicitem & longævitem, & in conjugio  
facunditatem & natorum natos tanquam pa-  
terna sua benignitatis & clementia insignia  
munera, documenta, & testimonia promiserit;  
& quotidie conferat, ne utiquam statuendum  
est Deum illos minus habere benignum & pro-  
pitium, Imò verò in parte felicitatis humanae  
longè maximâ, & quidem in vitâ mortalium  
minus frequenti, sed valdè rarâ ponendū esse,  
si quibus Deus longam vitam, firmiorem &  
diuturniorem valetudinem, & sufficientem  
ad victum opum ac facultatum, & ad vitam  
etiam in dignitate agendam, honorum copiam  
& liberos paternarum non solum opum, sed  
etiam virtutum heredes, & post omnia hac  
felicem hujus vitæ exitum, & ad aliam melio-  
rem transitum indulserit, dummodo hisce  
omni-

omnibus regina dux & moderatrix adsit, ve-  
ra in Deum, & Christum ejus, Pietas ac Fides:

Hanc tam raram in mundo felicitatem, &  
quantam mortalium in terris vita beatitudi-  
nem capere potest, beatitudinem benigniore  
Dei munere ac numine sortita est matrona  
illa, cui hodie Justa per solvimus & funus fa-  
cimus, **ELISABETHA FRESEN**, ex an-  
tiquissimâ & clarissimâ Fresiorum in hac urbe  
nata familiâ. Matrona, cujus si utrumq; Pa-  
rentem spectes priscâ generis antiquitate; sive  
vita ordinem Patris, mariti, & filij consideres,  
honoris dignitate; sive victus vitæq; necessaria  
reputes sufficiente opum copiâ; sive etiam libe-  
rorum, etiam nepotum, & pronepotum nume-  
rum expendas, posterorum ex senatorum mul-  
titudine, & per Dei gratiam, etiam *Carmina*;  
sive deniq; quod reliquorum caput & fun-  
damentum est, officium hominis Christiani, &  
Dei cultum respicias, verâ in Deum pietate &  
fide, si quis omnia simul conjungat, nulli alteri  
in hac urbe concedens. Nam ad familia anti-  
quitatem & claritatem quod spectat, nata est  
hac matrona Patre Nicolao Fresio Senatore.

A 3.


hujus.

*hujus Reip. meritissimo, Matre verò Catharina Maken. Quas duas familias inter precipuas & antiquissimas hujus urbis recenseri, historiarum hujus urbis documenta, & antiqua monumenta abundè testantur. Si quis ad ordinis & conditionis dignitatem respiciat, Patrem Nicolaum Fresen, maritum Nicolaum Hermannum, Filium Casparum Hermannum, viros Senatorios amplissima hujus urbis habuit, de hac Republicâ & multis in illâ bonis præclarissimè meritos. Quin etiam Deus beniguitate suâ illâ cum marito suo fortune, uti vocant, bonis non parcè beavit, & illud satis largâ manu indulisit, quo suis necessitatibus sufficeret, proximo satisfaceret, & egentibus ac tenuioribus beneficeret. Anno Christi 1559. anno 20. ætatis suæ, matrimonio copulata fuit viro prudentissimo & præstantissimo Nicolao Hermannò, hujus Reip. Senatori, præclarè de hac urbe merito. Quem non solum facundo conjugio quinq; liberorum parentum fecit, trium nimirum filiorum Iohannis, Caspari, & Nicolai, & duarû sororum Annæ & Elisabethæ, quos liberos suos florentes vidit, & precipuis in hac urbe*

*con-*

conjugio & ad finitatem conjunctos, & inter hos  
filium Casparum, mariti ac Patris sui ut vir-  
tutis ac prudentia, sic etiam honoris ac digni-  
tatis vestigijs feliciter incedentem in honora-  
tissimum Senatorum ordinem cooptatum, vi-  
rum praeclarè doctum, & viroorum doctorum  
fautorem non vulgarem: Verum etiam cum  
quo memorabili & valde raro & propemo-  
rum singulari exemplo in tranquillo, pacato,  
concordi, & diuturno matrimonio integris  
quinquaginta duobus annis vixit. Post  
carissimi mariti sui mortem per quinque annos  
viduitatem toleravit, & mater avia & proa-  
via liberos, nepotes, & neptes, & pronepotes  
& proneptes triginta sex ex se natos vidit, &  
magna multorum mater complexa est. Tan-  
dem ante qua triduum, quarto nimirum hu-  
jus mēsis Septembris die, vespere inter septimam  
& octavam, cum jam annum aetatis suae septua-  
gesimum septimum attigisset, in verâ filij Dei  
creatoris ac redemptoris sui invocatione bea-  
tissimè obdormivit. Matrona erga Deum  
pia, erga pauperes beneficia, erga omnes hu-  
mana & benevola. Toto quo domo detenta, &  
lecto

lecto adfixa fuit, tempore nihil illi molestius  
accidit, quàm quod è templo abesse, & sa-  
cris ibi habendis concionibus interesse non pos-  
set. Erga pauperes adeo liberalis fuit, ut te-  
nuioribus, quibus mutuo pecuniam conceffe-  
rat, debitum in solidum remisit. Sub vita  
finem cum à sponso suo Christo evocata jam  
jam sequeretur, Apostoli illud sapius identi-  
dem repetiuit: Nemo nostrum sibi vivit, &  
nemo nostrum sibi moritur. Nam siue vivi-  
mus Domino vivimus. Siue morimur Domi-  
no morimur. Siue ergo vivamus, siue moria-  
mur Domini sumus. Huius beatissima matro-  
na, ut qua Domino suo filio Dei & vixerit,  
& mortua sit, funeri & exsequijs, qua hodie-  
no die circa primam in templo D. Maria sa-  
cro usitatis & Christianis huius urbis ritibus,  
celebrabuntur, ut Academia nostra cives  
tam docentes, quàm discentes frequentes in-  
tersint officiosè ac benevolè illos oro & ex-  
hortor. Bene V. P. P. Rostochy, 8. Septemb.  
Anno 1515.



16











conjugio & ad finitatem conjunctos, filium Casparum, mariti ac Patri-  
tutis ac prudentia, sic etiam hono-  
ratis vestigijs feliciter incedentem  
tissimum Senatorum ordinem coop-  
rum praeclare doctum, & virorum  
fautorem non vulgarem: Verum  
quo memorabili & valde raro e-  
rum singulari exemplo in tranqui-  
litate & diuturno matrimo-  
nium quinquaginta duobus annis vixit  
carissimi mariti sui mortem per quae-  
sivitatem toleravit, & mater avo-  
rum liberos, nepotes, & neptes, &  
& proneptes triginta sex ex se nato-  
rum magna multorum mater complexa  
ante qua triduum, quarto m-  
ensis mensis Septembris die, vespere int-  
& octavam, cum jam annum aetatis  
agesimum septimum attigisset, in ve-  
l creatoris ac redemptoris sui invoc-  
tissime obdormivit. Matrōna er-  
ga pauperes beneficia, erga  
mana & benevola. Toto quo domo

